

tatoriam habuisse saeculo tertio ineunte docet titulus insignis, per Whitakerum una cum Cociensibus Cantabrigiam translatus ibique servatus (n. 287). Sebosiana vero ala illa dicta est, ut nunc iam constat exemplis permultis ab Henzeno collectis (*Bonner Jahrb.* 13, 1848 p. 49 ss.) a praefecto fortasse primo, quem habuit, Seboso Gallo. Neque longe inde repertus est titulus n. 451, qui praefecti alicuius alae eiusdem Sebosianae meminit.

Praeses provinciae ibi memoratur (n. 287 cf. n. 285) itemque beneficiarius consularis (n. 286). Praeterea miliaria tria, Hadriani Philippi Decii, ibi prope reperta sunt.

Auctores titulorum sunt ex Mancuniensibus (c. XX) et Cociensibus (c. XXI) iam noti WHITAKERUS (n. 284—287) et BAINES (n. 289) cum Francisco LEE (n. 286) et Georgio ASHBY (n. 288). De oppido *Lancaster* praeterea scripserunt

1. Anonymus (*an historical and descriptive account of the town of Lancaster*. Lancaster 1807 8.) et

2. Rob. SIMPSON (*the history and antiquities of the town of Lancaster* cet. Lond. 1852 8.). Uterque scriptor eosdem fere titulos refert satis accurate descriptos.

Equidem non fui in *Lancaster*; unde titulum unum tantum nunc Cantabrigiensem potui describere.

Addidi titulum unicum adhuc repertum in *Overborough*, quod Bremennacum fuisse creditur, ut dixi supra (c. XXI); de quo titulo extat libellus singularis

3. Ricardi RAUTHMELL (*antiquitates Bremetonacenses; or the Roman antiquities of Overborough, wherein Overborough is proved the Bremetonacae of Antoninus* cet. Lond. 1776 4., ed. II Kirby Thore 1824 8.), non magnae ille utilitatis; sed titulus (n. 290), quem non vidi, videtur descriptus esse satis accurate.

**284** *Lancaster, now lying in a garden at the place called the Folly, about a mile north from L., where it was discovered* WHIT. *Skerton township* (quae est ex adverso oppidi *Lancaster* in altera fluvii ripa), at the place called the *Folly* (the *Foley* HIST.) rep. a. 1802 SIMPS.

DEO  
I A L O N O  
C O N T R E  
S A N C T I S S I  
5 M O I V L I V S  
I A N V A R I V S  
E M E X D E C V

M. Terry *gent. mag.* 72, 1802 p. 993 tab. 1 fig. 7; Whitaker *Richmondshire* 2 p. 214 (inde Baines *Lancashire* 4 p. 488, ed. II 2 p. 552; Wright *the Celt* p. 295 memorat); *history of Lancaster* p. 80; Simpson *Lancaster* p. 115.

Nomen dei fortasse corruptum est; cf. n. 290 et nomen oppidi Hispani Contrebia. Ex decurione Ianuarius fortasse fuit alae Sebosianae.

Deo Ialono Contre(bi)? sanctissimo Iulius Ianuarius em(eritus) ex decu(rione)

**285** *Lancaster; lying in the stable yard at Halton Hall; eruderata dicitur esse a. 1794 close by the Saxon cross in the churchyard of that place.*

DEO  
MART . . . .  
SABIN V . . .  
  
P · P · ET · MILIT  
5 N · BARC · S . . .  
EIIVS P · O . . . .

Whitaker *Richmondshire* 2 p. 215 (inde Baines *Lancashire* 4 p. 486, ed. II 2 p. 607; *history of Lancaster* p. 78; Simpson *Lancaster* p. 113), qui cogitavit de militibus in barca. Vv. 4—6 ita fere solvendi cum Mommseno:

*P(rae)p(ositus) et milit(es) n(umeri) Bar . . . .*  
[*q(ui)*] *s(unt)* [aut *Barc . . . .*] [*s(ub) c(ura)*] *e(ius)*  
*p(onendum)* [*c(uraverunt)*]

Cf. Octavius Sabinus praeses provinciae tituli sequentis n. 287.

**286** *Lancaster, ara rep. a. 1797 iuxta muros castelli prope turrim dictam Adrians round tower et turrim quadrangularem Saxoniam* LEE. *Rep. between the north side of Lancaster castle and the churchyard; now placed at the head of the staircase of the great tower* WHIT. *In the castle, in the arcade under the County Hall* HIST.

D E O  
S A N C T O M A R T I  
C O C I D I O V I B I N I V S  
L V C I V S · B F · C O S ·  
5 V · S · L · M

Francisc. Lee *Archaeologia* 13, 1800 p. 401 tab. 26 fig. 1; Whitaker *Richmondshire* 2 p. 215 (inde Baines *Lancashire* 4 p. 487); *history of Lancaster* p. 79; Simpson *Lancaster* p. 114.

3 VIBINI Whit. 4 IVCIVS Whit. BI·COS· Lee. Deo sancto Marti Cocidio Vibinius Lucius b(ene)f(iciarius) co(n)s(ularis) v(otum) s(olvit) U(i)bens) m(erito)

**287** *Lancaster, found in a garden near the top of Churchstreet* WHIT. Servatur Cantabrigiae in collegio S. Iohannis dono Whitakeri.

BAEIVM REFECT  
b ASIECAA VETVSTATE CONLABSAM  
ASOLO RESTITVTM EQQ·AAE·SEBVSSIA  
5 !!!!!!!!!!!!!!! I SVB·OCTAVIO·SABIN VC  
PRAESIDE · N · CVRNTE · FLA · MMV  
SIO·PRAEF·EQQ·D·D·XI·KAL·SEPTEM  
CENSORE · II · ET · LEPI / O · II · COS ·

Descripsi. Whitaker *Richmondshire* 2 p. 213 (inde Newton p. 114, 76; Wright *the Celt* p. 175 adn. \*\*; Henzen 6725) accurate.

Lectio certa est et supplementa facilia. 2 REFECT Whit. male. 4 In lapide puto fuisse RESTITVTM; M initio aliquantum corrosa est. Nomina Censoris et Lepidi consulum ignota; quod Mommsenus olim proposuit legendum *Seniore III et Philippo iunior II* (*rhein. Mus.* 4, 1857 p. 50) admitti non posse vidi in re praesenti. Inter consules suffectos in Borghesii fastis (p. 117) sub Commodo reperio memoratum C. Matium C. f. Sabinum Sullinum Vatinius Anicium Maximum Caesulenum Martialem Pisibanum Lepidum; sed litterarum forma ad Severi potius et filiorum aut ad Severi Alexandri tempora videtur ducere.

. . . [ob] balineum refect(um) [et] basilicam vetustate conlabsam a solo restitui[a]m eq(uites) alae Sebussia[nae . . . . .] sub Octavio Sabino v(iro) c(larissimo) praeside n(ostro), curante Fla(vio) Ammausio praef(ecto) eq(uitum). D(atum) d(edicatum) XI kal(endas) Septem(bres) Censore II et L[e]pido II co(n)s(ulibus)

**288** *Lancaster, rep. a. 1772 in digging a cellar; servata in the collection of the late Sir Ashton Lever (deposited in the Leverian museum* HIST., BAINES) ASHBY.

D I S M A N I  
B V S  
L · I V L · A P O L  
L I N A R I S ·  
5 T R E V E R · A N  
X X X · E Q · A I  
A E · A I  
I V

Georg. Ashby misit Ricardo Gough ms. Oxon., Goughs Camden 3 p. 394; *history of Lancaster* p. 75; Baines *Lancashire* 4 p. 486, ed. II 2 p. 550; Simpson *Lancaster* p. 108.

1. 2 MANDIBVS, 5 TREVTEVR Baines male. 7. 8 Litterarum elementa aliam alam, non Sebosianam, videntur indicare; equitis autem patria conveniens est alae illi, quam Gallorum fuisse constat.

Dis Manibus. L. Iul(ius) Apollinaris Trever, an(norum) XXX, eq(ues) alae A . . . .